Michael Denis: Codices Manuscripti Bibliothecae Palatinae Vindobonensis Latini Aliarumque Occidentis Linguarum. Vol. II. Pars I.

Wien, 1799 Seite 421

Quelle:
Copyright:

offenlich: wir leyden pillich dicz vbel vnd verdammnüſs, wann ob vnſer orden nicht gemynnert wär, den tod, den vnns die criſten an legent, den biet wir allen criſten pfaffen vnd laijen geiſtlichen vnd weltlichen getan. &c.

VIII. *fol.* 147. *All hie iſt mit fleiſs ze mericken, wie kunig Salomon lernt alle herrn kunig Herczigen vnd ander herrn die gebalt vber ander leüt haben, Got furichten ſchullen, ob ſy ebigklich nicht verdampnet wellen ſein.* Commentatio in *Sap.* C. I. v. 1. *Diligite juſtitiam* &c. et alia *Salomonis* Effata βασιλικα, quae tamen potiſſimum ſenſu myſtico exponuntur.

IX. *fol.* 169. p. 2. Expoſitio initii Evangelii *Johannis*. Recitatur usque ad *v.* 15. dein ſequitur *Gloſſa* hoc modo: *Die andern ebangeliſten ſchreibent, das vnſer Herr geporn ſey in der Zeit* &c. Succedit eadem ratione, quod a *Matthaeo* et *Luca* de Generatione humana et primordiis Servatoris traditur cum Expoſitione, quae tamen in putidas fabellas de itinere Virginis cum *Joſeph* in *Bethlehem*, et de Mulierum *Salome et Zeloney* in Partu praeſentia abit, e quo neſcio Pſeudevangelio hauſtas. Sub finem trium Regum ſive Magorum Nomina hebraice dicuntur *Apdius, Ameter, Daniſter*, graece *Galgalach, Sagalach, Sorat*, latine *Caſpar, Balthaſer, Melichior.*

X. *fol.* 185. finem Codici facit Tractatus grammaticus de VIII. Partibus Orationis ἐρωτηματικως procedens, latino germanicus in hunc modum: *Partes Die tail, orationis der red, quot wie vil, ſunt ſein? Octo acht. Que welche? Nomen Der nam. pronomen der für nam. verbum das wort. adverbium das zũe bort. participium die tailnembung. coniunctio die zamfuegung. propoſicio die fürſeczung. interiectio die vnterwerfung.* Quam parum in ejusmodi ſchola profecerit Scriptor, docet clauſula miniata: *dominus Ortolffum de Trenbach eſt iſſte Liber.* Nomen iſtud jam notavi ſupra N. II. Meminit Stirpis hujus olim per *Bavariam, Auſtriam*que celebris *Bucellinus Stemmatogr.* P. III. *Vol.* 2. p. 190. Codicem diutius in ejus poſſeſſione fuiſſe, docet Theca anterior, cui inſcriptum: *Dominus Thomas de Trenwach Miles*, adpicta etiam Inſignia cum Lemmate: *Gott Vermags;* praeterea Gladius cingulo ſuo obvolutus cum addito: *Zipern diuis*, cujus ſenſum adſequetur me acutior. Utriusque hujus Viri meminit *Bucell. citat.* cumque *Thomae* annum 1446. emortualem ſtatuat, Codicem mature ſcriptum fuiſſe oportet.

CCLII.

Codex membraneus lat. Sec. XIII. Folior. 97. 4. bene perſcriptus, minioque diſtinctus, et cum tot aliis a. 1540. ab *Joh. Fabro* Ep. *Vien.* condito a ſe Adoleſcentium ſtudioſorum ad D. *Nicolaum* Collegio donatus, ut Προγραμμα typis excuſum teſtatur, ſequentia continet Opuſcula: I. *De decem plagis egypti et de decem preceptis.* Genuinus de hoc argu- U. 66